

---

*Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.*

### **I. Übersetzung**

1 Ac philosophia quidem tantum abest ut proinde ac de hominum  
2 est vita merita laudetur, ut a plerisque neglecta a multis  
3 etiam vituperetur. sed, ut opinor, hic error et haec indoctorum  
4 animis offusa caligo est, quod tam longe retro respicere non  
5 possunt nec eos, a quibus vita hominum instructa primis sit,  
6 fuisse philosophos arbitrantur. nam sapientiam quidem ipsam  
7 quis negare potest non modo re esse antiquam, verum etiam  
8 nomine? quae divinarum humanarumque rerum, tum initiorum  
9 causarumque cuiusque rei cognitione hoc pulcherrimum nomen apud  
10 antiquos adsequeretur. a quibus ducti deinceps omnes, qui in  
11 rerum contemplatione studia ponebant, sapientes et habebantur  
12 et nominabantur, idque eorum nomen usque ad Pythagorae manavit  
13 aetatem. quem, ut scribit auditor Platonis Ponticus Heraclides,  
14 vir doctus in primis, Phliuntem ferunt venisse, eumque cum  
15 Leonte, principe Phliasiarum, docte et copiose disseruisse  
16 quaedam. cuius ingenium et eloquentiam cum admiratus esset  
17 Leon, quaesivisse ex eo, qua maxime arte confideret: at illum:  
18 artem quidem se scire nullam, sed esse philosophum. admiratum  
19 Leontem novitatem nominis quaesivisse, quinam essent philo-  
20 sopheri, et quid inter eos et reliquos interesset; Pythagoram  
21 autem respondisse similem sibi videri vitam hominum et mercatum  
22 eum, qui haberetur maximo ludorum apparatu totius Graeciae  
23 celebritate; nam ut illic alii corporibus exercitatis gloriam  
24 et nobilitatem coronae peterent, alii emendi aut vendendi  
25 quaestu et lucro ducerentur, esset autem quoddam genus eorum,  
26 idque vel maxime ingenuum, qui nec plausum nec lucrum quaerent,  
27 sed visendi causa venirent studioseque perspicerent, quid  
28 ageretur et quo modo, item nos quasi in mercatus quandam  
29 celebritatem ex urbe aliqua sic in hanc vitam ex alia vita et  
30 natura profectos alios gloriae servire, alios pecuniae, raros  
31 esse quosdam, qui ceteris omnibus pro nihilo habitis rerum  
32 naturam studiose intuerentur; hos se appellare sapientiae  
33 studiosos - id est enim philosophos -; et ut illic liberalissimum  
34 esset spectare nihil sibi adquirentem, sic in vita longe omnibus  
35 studiis contemplationem rerum cognitionemque praestare.

## II. Sprachliche Erläuterungen

1. Z.5: Erklären Sie die Beziehung von **primis** (ist hier eine Konjektur angebracht?) und den Konjunktiv von **sit**.
2. Z.4: **retro respicere**: Was ist der terminus technicus für diese Ausdrucksweise?
3. Z.10: Um welchen Ablativ handelt es sich bei **cognitione**. Begründen Sie Ihre Entscheidung.
4. Z.24-34: Geben Sie eine kurze Struktur- und Konstruktionsanalyse dieses Satzes (**nam ut illic alii ... studiose intuerentur**).